

Ebenso wollen wir der Vermuthung gegenüber, daß unsere Form eine Entwicklungsform von *Oscillarien* sei, uns unglaublich verhalten bis hierfür die nöthigen Beweise producirt worden.

Ad Sphaeriam Berberidis PERS. et Sph. Lisae DE NOT.

Herbar. mycolog. Nr. 1846.

C o m m e n t a r i u m.

Utramque simul trado ut Specierum ab investigatoribus superficialibus facile confundendarum differentiae aptius colligantur.

Sph. Berberidis.

Pyrenia atra, apice convexo, rimoso-granulosa.

Nucleus pulveraceus, nigrescens.

Asci elongato-clavati, jam cito evanidi.

Sporidia e minoribus, didyma, articulis ovatis, curtis plurilocularibus, loculis saepissime cellulosis, nigrescentia hinc etiam lente simpliciter in vitro facile distinguenda.

Sph. Lisae.

Pyrenia brunnescentia, apice truncato, demum depresso, laevia.

Nucleus gelatinosus, s. ceraeus, albidus.

Asci ampli, oblongo-clavati, sat persistentes.

Sporidia duplum majora, didyma articulis basis minus constrictis ex ovoideo-oblongis, apice obtuso, plerumque simplicibus, qualia Auctor, l. c. describit et pingit, sed mihi interdum uno vel binis articulis bilocularibus; e pallidissimo hyalina.

Dum *pyrenia* Sph. Lisae conflunt, *Dothideam* Berberidis (DE NOT.) mentiunt, quam in eodem frutice reperi unacum *Stictide* Berberidis (EJUSD.) sed uno alterove tantum specimine.

Vercellis, 12. Martii 1853.

Cesati.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Hedwigia](#)

Jahr/Year: 1854

Band/Volume: [1_1854](#)

Autor(en)/Author(s): Cesati

Artikel/Article: [Ad Sphaerium Berberidis Pers. et Sph. Lisae De Not. 34](#)